



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Obligatio celebrandi Missam de feria privilegiata, numero 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

duas Missas, alteram de defunctis,  
alteram de festo, vel feria occur-  
renti, ni dicantur, peccari morta-  
liter à Prælato; Immerito, a in-  
quam, siquidem Canon, solum,  
contendit, ut Anniversaria non  
omittantur, juxta cujuscumque  
Ecclesiæ obligationem, & in tali  
die Anniversarii, prætextu Missæ  
celebratæ pro defunctis, non ne-  
gligatur alia Missa de festo, vel fe-  
ria, juxta temporum congruen-  
tiam celebranda. Ceterum nequa-  
quam præcipit, ut semper singulis  
diebus celebretur Missa defunctorum,  
inconveniens esset in Pascha-  
te v. g. defunctorum Missam cele-  
brari.

*Obligatio celebrandi Missam, de feria pri-  
vilegiata.*

**M**issam solennem de feria  
privilegiata (quales dum-

a Fillius t. I. tr 5. c. 4. n. 104 fine Co-  
minch de Euc. q. 83 art. 2 dub. 1. n. 204.

taxat sunt omnes feriæ. Quadragesimæ. Quatuor temporum, Rogationum, & Vigiliarum) in prædictis Ecclesiis Collegiatis omitti non posse, sed occurrente etiam alio festo, canendam post Nonam declaravit a Sacra Congregatio. Quæritur ergo Primo An si id non fiat, mortali liter peccetur a Rectoribus Ecclesiæ. Secundo Ad id teneantur Ecclesiæ Regularium choro additorum.

Ad Primam quæstionem, Dico, non peccari mortaliter. Ratio est modo num. 4. dicta, quia non manifeste constat de tam rigoroso præcepto.

7. At timenda est. Primo dicta declaratio Sacræ Congregationis. Secundo Rubrica Missalis id disponens. Respondeo ad Primum. De tali declaratione non constat authentice. Ad Secundum. Ru-

L 5      brica

a Apud Tambur. de jur. Abb d 5.  
quæsto 10. n. 37. & March. de ord. tr. 3. p.  
2. c. 30. n. 7.

brica has duas Missas, nempe cur-  
rentis Festi, & feriæ privilegiatæ,  
Iujungens, præceptum (ut alia in-  
terim raceam) non denotat, ait enim  
**Cantantur** seu **dicuntur** **duæ Missæ**;  
Quæ non sunt verba imperativa.  
Immo etiam si diceret, **Cantentur**,  
non statim probaretur præceptum  
sub mortali, nam verba imperativa  
& non semper præceptum grave im-  
portant.

8 Ad Secundam quæstionem,  
negant aliqui b Ecclesiæ Regulari-  
um dictas teneri, etiam si tenerentur  
aliæ Collegiatæ, quia putant ho-  
rum Ecclesiæ non esse Collegiatas.  
Affirmant aliqui, c quia è contra-  
censem vere Collegiatas esse. U-  
trumque probabile.

9 Ex eo autem, quod probabi-  
liter ejusmodi Ecclesiæ Regula-  
rium non sint Collegiatæ, sequi-  
tur

a Castrop t i deleg d p 9. b Rodr.  
¶ 1. q. Reg. 43. art. 12. Peyrin. t 3. in  
Add c. 1. an. 19. c Portell. l. in Dub.  
Reg V. Missæ n. 7.

tur a nec teneri ad celebrādam quo-  
tidie , saltem , unam Missam priva-  
tam , quantum est ex hoc capite , ne-  
que ad Missam Conventualem Ad-  
de , & ea , quæ de Collegiatis in u-  
niversum dicta sunt n. 3.

## §. III.

*Quando licet plures Missas , eodem die ,  
celebrare.*

I A pud antiquiores b invenio ca-  
sus omnino novem , in quibus  
pluries , eodem die , celebrare fas  
est.

Primo in Natali Domini , & qui-  
dem ter Valentiæ , die secundo No-  
vembris , bis celebrant , ex indulto c  
Pontificis .

Secundo , quando , quis præest  
duabus Ecclesiis , & nibis , in die ,

L 6 sacri-

a Victoria Summa de Euch n. 94.

b Lege Coninch d. 83 de Euchar. 2. d.  
3. n. 213. b Delugo de Euchar. d. 20. se.  
z. n. 43 fine.